DE

TUSSI CONVULSIVA

ET DE

COCCIONELLAE
ONTRA EAM USU.

DISSERTATIO
INAUGURALIS MEDICA,

QUAM
CONSENSU ET AUCTORITATE
GRATIOSI
IEDICORUM ORDINIS
IN
UNIVERSITATE LITERARIA
GRYPHICA
UT SUMMI
T MEDICINAE ET CHIRURGIAE
ET
ARTIS OBSTETRICIAE
HONORES
RITE SIBI CONCEDANTUR,
DIE IX. MENS. APRILIS ANNI MDCCCXLIV 1844
PUBLICE DEFENDET

AUCTOR
C. I. FRIDER. BRUNSWIG
MEGALOPOLITANUS.

OPPONENTIBUS:
F. SIEGERIS, MED. ET CHIR. DRD.
O. SCHMIDT, MED. ET CHIR. DRD.
A. KARSCH, MED. ET CHIR. CAND.

GRYPHIAE,

TYPIS FRID. GUIL. KUNIKE, REG. ACAD. TYPOGR.

VIRO

LLUSTRISSIMO, ERUDITISSIMO,

AMPLISSIMO

. A. G. BERNDT,

UTRIUSQUE MEDICINAE DOCTORI,
)INIS DE AQUILA RUBRA CLASSIS TERTIAE CUM
INISCO ET ORDINIS WASANI EQUITI, POTENTIS-
O BORUSSORUM REGI A CONSILIIS MEDICIS INTI-
, MEDICINAE PRACTICAE ET ARTIS OBSTETRICIAE
FESSORI PUBLICO ORDINARIO, CLINICI MEDICI
OBSTETRICII GRYPHISVALDENSIS NEC NON SCHO-
MEDICO-CHIRURGICAE DIRECTORI, REGIAE ACA-
IIAE MEDICAE, QUAE IN GALLIA FLORET, FACUL-
TIS MEDICAE PESTHINENSIS, CAESAREAE SOCIE-
TIS MEDICAE VINDOBONENSIS, DOCTRINARUM CHE-
ARUM ET PHYSICARUM, AGRICULTURAE ET INDU-
IAE FRANCOGALLICAE, MEDICORUM SUECICORUM
LMIENSIS, MEDICORUM BADENSIUM AD PROMOVEN-
I MEDICINAM FORENSEM, SOCIETATIS MEDICAE
DUNENSIS, DIVIONENSIS, LIPSIENSIS, HAMBUR-
SIS ET PETROPOLITANAE, MEDICO-CHIRURGICAE
ELANDIANAE BEROLINENSIS, PHYSICO-MEDICAE
ANGENSIS, BRUXELLENSIS, SOCIETATIS AD PRO-
VENDAM ARTEM MEDICAM, QUAE IN BORUSSIA FLO-
, OECONOMICAE MARCHICAE ETC. ETC. SODALI
HONORARIO VEL ORDINARIO, VEL LITERARUM
COMMERCIO IUNCTO, H. A. DEC.,

PRAECEPTORI HONORATISSIMO,

AUTORI SUMMOPERE COLENDO,

LITERARUM HASCE PRIMITIAS

SACRAS ESSE VULT

AUCTOR.

uplici sane gaudio, Vir Illustrissime, me
isti, quod Tibi scriptionem hanc, qualis-
ue est, meam dedicare mihi permisisti.
enim et Tuo nomine ornatus libellus meus
icem prodit et Tibi, quas debeo, gratias
m agendi occasio mihi datur. Tu enim
omnes, quos veneror, praeceptores meos
ılari me favore amplexus es. Eumque facto
asti, quod medici auxiliarii munus quum
linico medico tum in instituto obstetricio
vole mihi demandasti. Qua re factum est,
totum ut annum exoptatissima mihi praxeos
icae excolendae daretur occasio. — Atque
licam, quae res est, praeceptis et institu-
ibus Tuis non solum medicamenta, verum
n, quod majus est, artis rationes morbis

chitoux des enfens, *la maladie des moutons* pro inspirationis sonum [4]), Itali: *tosse canina* [5]), Ba *Kindhoest, Kwinthoest* [6]), Sueci: *Kikhosta, Kra hosta*, Germani denique: *Keuchhusten*, *Kra husten*, *Stickhusten*, *Schaafshusten*, *Eselshu blauen Husten, tönenden Husten, Schreihusten* tussim dicunt.

De historia morbi.

De aetate et origine tussis convulsivae auct medici sententias valde discrepantes proferunt. S enim, qui tussim convulsivam veteribus medicis nino ignotam et posteriore demum tempore ex Af vel India orientali ad nos adportatam censeant alii vero, qui arbitrentur, ex littoribus marium realium populis emigrantibus meridiem versus translatam esse [8]); alii denique, qui, recedentes his sententiis, veteribus et Graecis et aliis med notum hunc morbum fuisse, quin etiam a primor generis humani exstitisse, contendant. Quae s tentia magnam quidem prae se fert verisimilitudine Apud Hippocratem enim in lib. VI. epid. sect. V invenimus tussis cujusdam epidemiam descriptam in Aphorism. Sect. VI. exstat aphorisma: „Ὁκόσοι ὑ ἐξ ἄσθματος ἢ βηχὸς γίγνονται πρὸ τῆς ἥβης ἀπ

---

4) Kurt Sprengels G. d. A. B. 3 p. 229.
5) Burserius inst. med. pract. Vol. IV, p. 3.
6) Van Tricht diss. de tuss. conv. Lugd. B. 1804
7) Basseville u. Rosenstein Kinderkrankh. 425.
8) Schönlein spec. Path. und Ther. B. 4.

ται." Avicenna in libr. Can. lib. III. et Mesuë
Canon. univers. in capit. de aegritud. pect. et
non. morbos describunt, tussi convuls. non ab-
les. Quo factum est, ut quum multi Danzium [9])
ti, tum vero Marcus, Haase, Desruelles hos
s de tussi convulsiva interpretati sint. Quod
facile fieri potest. Si vero alii, ut Schenk, Hol-
und, Rosenstein, Matthaei eodem, quo ad tus-
convulsivam jure ad alios quoque pectoris mor-
eos posse referri, contendunt: secum reputare
ent, id quod etiam nostra aetate fieri solet, illis
poribus medicos non satis diligenter morbum no-
m ab aliis discretum habuisse. Quo factum est,
ymptomata fortuita et essentialia ad unum eun-
que fontem referrent. Huc accedit, quod veri-
ile est, illis temporibus illisque regionibus con-
itiones morborum alias evasisse, quam apud nos
tra aetate. Quibus ex causis facile fieri potest,
descriptiones illis temporibus factae aliquantum
repent a recentioribus nostraque aetate observa-
epidemiis. Ceterum, quum tussis convulsiva om-
us prope consentientibus aëris injuriis debeat ori-
em morbusque sit epidemicus, intelligi non potest,
factum sit, ut veteres medicos effugerit. Nam
e nostris temporibus occurrunt aëris coelique
ditiones, eaedemque illa quoque aetate, ne dicam
initio rerum, valuisse debent.

Primam tussis convulsivae epidemiam manifeste

) l. c. p. 18.

descriptam, quae saeculo XV in Francogallia gr
sabatur, prodidit Mezeray: „*Un estrange*", inq
„*rhûme qu'on nomma la coqueluche, tourmenta* t
tes sortes des personnes, durant les mois de Fév
et de Mars et leur rendit la voix si enruée, qu
Barreau, les chairs et les colléges en furent mu
Ce mal causa la mort presque a tous les viella
qui en furent atteient[10])." Sub finem hujus saec
eundem morbum in Italia saevisse, dicit Capivac
in oper. epist. III. Quod dubitandum est. Nam M
curialis et Trunconius, qui iis temporibus de mor
infantum scripserunt, hujus rei mentionem non fa
unt[11]). Alia epidemia illis haud absimilis a. 15
auctore Mezeray[11]) in Galliam reversa est. Qu
Wichmann[12]) ad anginam membranaceam vult r
ferre. Deinde alia epidemia, quae in aliis regio
bus angina membranacea vel asthma Millari exstitis
videtur, grassabatur anno 1557[13]). Celeberri
vero et atrocissima epidemia anno 1580 occurris
traditur, quae, postquam ex Oriente ortum dux
Italiam (Faventiae infantes quarto quoque die, R
mae novem millia morte peribant[14]), Francogalliar
ubi hoc tempore *maladie des moutons* dicebatur, B
taviam, Germaniam, Brittanniam depopulabatu
Annis 1669, 1670 Londini regnabat, sed Sydе

10) Abregé chronol. de l'hist. de France Vol. II, p. 215.
11) Schmidts Jahrb. der Medic. B. 1, p. 309.
12) Ideen zur Diagnost. B. 2, p. 113.
13) Pasquier Recherches de la France Lib. IV.
14) Sprengels Gesch. d. A. B. III, p. 229.

10 videbatur a tussi convulsiva alias observata eo
erre, quod et adultis infensa frequentius et febre
ata erat[15]). Late vagata anno 1732 exorta est
lemia, quae, tota fere Europa devastata, in Ja-
cam terram, Peruvianam et Mexicanam trajecisse
tur. Postea in plurimis Germaniae regionibus
nostro et superiore saeculo observatae sunt epi-
niae, quae sive respicis extensitatem, sive ma-
nitatem, sive ortum, sive finem, valde inter se
reparunt. Annis 1768, 69-72 maximam Germa-
e partem permigrabat epidemia sane vehemens.
hementissima nostri saeculi, quae patriam quoque
rta est, annis 1815 et 1816 grassabatur. Postea
do hic, modo illic apparebat morbus semper fere
demicus, rarissime sporadicus, sed nunquam tam
emens tamque saeviens, quam antea.

Libri de tussi convulsiva.

Librorum, in quibus de tussi convulsiva agitur,
ta est copia, ut omnes hic enumerare nequeam.
timi et notissimi hi fere sunt:

r. Hoffmann, dissert. de tussi convuls. Halae 1732.
nt. de Haen, de tuss. conv. pueror. ann. 1746-47. Hagae
Batav. observat. (in de Haen rat. med. cent. III, p. 269).
G. Brendel, Programm. de tuss. conv. Gott. 1747.
h. Forbes, Disputatio de tuss. conv. Edinb. 1753.
asseville, Quaest. med. in tuss. c. pueror. Paris. 1753.
eller, scrutinium physico-medicum de tuss. epidem. infant.
convuls. a. 1757 in ducat. Megapolit. furent. Rostoch.
1763.

---

5) Opusc. omnia p. 240.

Ebeling, Diss. de tuss. conv. Gott. 1768.
Benj. Rusch., a Dissert. on spasmodic. asthma of childr 1770.
Holdefreund, vom epid. Stickhust. der Kinder. Helmst. 17
W. Butter, Abhandl. vom Keuchh. nebst einem Anhange v Schierling, a. d. Engl. 1782.
J. Koehler, Adversaria de tuss. conv. Erlang. 1784.
J. Hassler, Abh. üb. d. Keichh. Landsh. 1784.
A. Savoye, Diss. de tuss. conv. Vienn. 1789.
W. Pohl, Programma de analog. inter morbill. et tuss. co Lipsiae 1789.
W. Klinge, etwas über den Keuchh. als ein Beitrag z. Gesc d. Epid. v. 1790. Gött. 1792.
T. K. Meltzer, Abh. v. Keuchh. Petersb. u. Lpzg. 1790.
C. Im. Veizhans, Tent. de tuss. conv. inf. Stuttg. 1791.
Geneeskundige (Prijs) Verhandlingen v. d. Kindhoest. Utrech 1792.
T. G. W. Danz, Versuch einer allgem. Gesch. d. Keuchh Marb. 1791. 2. Aufl. Giess. 1802.
Harrison, Diss. inaug. de pertussi. Gott. 1793.
Joseph de Hagen, Diss. de tuss. conv. Mogunt. 1794.
Brehmer, de tuss. convuls. Viteberg. 1795.
G. W. Hufeland's Bemerkk. üb. d. Blattern. 2. Ausg. p. 47
Knebel, Heilm. d. Keichh. Hufel. Journ. B. V, St. 1, No. 4
Max. Jacob, über d. Behandl. des Keuchh. in Horn's Archiv Bd. V. St. 1.
Vogler, die kürzeste u. glücklichste Heilart d. Keuchh., in Hufel. Journal B. 15, St. 1.
Matthaei, über d. Keichh., in Horn's Archiv. Bd. 3. St. 2.
Macartan, diss. sur la coqueluche et le croup. Paris 1803.
La tosse convulsiva memoria di Paneda. 1805.
Val. H. Lor. Paldamus, der Stickhusten nach neueren Ansichten bearbeitet. Halle 1805.
Jahn, über den Keichhusten, ein Beitrag zur Monographie desselben. Rudoltstadt 1805.
J. H. F. Autenrieth, Versuche für die pract. Heilk. aus der klinischen Anstalt zu Tübingen. Bd. 1. H. 1. 1807.
W. A. Haase, dissert. de tuss. convuls. Semiot. et Nosolog. Lipsiae 1807.
Hinze, über den Keichh. und dess. Behandl., in Hufelands Journal 1815.

)ebenstein - Loebel, üb. d. Erkenntn. u. Heil. der häutigen Bräune, d. Millar. Asthm. u. d. Keichh. Leipz. 1811.
)urdet, Diss. sur la coqueluche ou flux gastro - bronchique tussiculeux. Paris 1812.
ın der Heyden, Diss. sur la coqueluche. Paris 1812.
allerand, Essai sur la toux convulsiv. des enfans. Paris 1812.
ıc. Clesius, der Sitz, die Eigenth. u. Heilmeth. d. Keichhust. Hadam. 1813.
ob. Whatt, Treatise on the nature, hystory a. treatem of Child - cough. Glasg. 1813.
olzhausen, Diss. inaugur. de tuss. conv. Lips. 1815.
. F. Marcus, d. Keichh. Bamberg 1816.
hilow, vom eigentl. Sitze des Keichh. nebst einer neuen Methode gegen denselben. 1816.
G. Koehler, de sede et natura t. c. Prag 1818.
[eyer, de tussi convulsiva. Lips. 1822.
uibert, Recherches nouvelles et observations pratiques sur le Croup et la coqueluche. Paris 1824.
eirsow, medical dissertation on chincough. Salem. 1824.
[. M. J. Desruelles, Abhandlung üb. den Keuchhusten. Aus dem Französ. übers. von von dem Busch. Bremen 1828.
uersent in Encycl. d. med. Wissensch. n. d. Dict. de méd. ed. F. L. Meissner und C. Ch. Schmidt. Art. Keichh. Bd. VII p. 97. Leipzig 1831.
lache in Dictionn. d. med. sur la coqueluche. Paris 1834.
.ieke, Annalen für Kinderkrankheiten. Heft. IV.
[ajunke, de tussi convulsiva. Dissert. Vratislav. 1832.
[enr. Brühl, de tussi convulsiva. Dissert. Regiom. 1836.
. C. R. Lehmann, de tuss. convuls. Diss. Halae 1837.
. Uhlenbrock, de tussi convulsiva. Dissert. Berolin. 1838.

Morbus describitur.

Tussis convulsivae symptomata et decursum :ipturo mihi optimum videbatur, ut, quem omnes e de hoc argumento scriptores sequuti, ordinem :inerem, triaque stadia, si non temporum interval-, symptomatum tamen diversitate certa, discerne-m. Quamquam autem non ab omnibus auctoribus

eadem, sed ut uniuscuiusque de morbi natura fer-
bat opinio, diversa his stadiis imposita sunt nomi
plurimi tamen iisdem, quibus ego, usi sunt.

Stadium primum, st. catarrhale seu invasio
non certis temporis finibus continetur, sed nunc p
duas vel tres, nunc per quatuor vel sex hebdomad
tenet, nunc denique paucis diebus absolvitur. Prin
phaenomena catarrhi incipientis indolem prae se f
runt et similia in universum iis inveniuntur, qua
in morbillis erupturis obveniunt. Quo sub initio epi
demiarum non raro fit, ut, utrum ad hunc, an ad il
lum morbum ea referat, medicus dubitet. Tristiti
enim, lassitudo et languor totius corporis, sternu
tatio crebra, vocis raucedo, oculorum rubor et la
crymarum stillicidium, cephalalgia, narium coryza,
tussim convulsivam, ut morbillos, antecedere solent.
Sensim vero tussis quaedam peculiaris obvenit, qu
medicus de morbi natura certior fit. Continua enim
est et intervallulis brevibus repetita, sonitu claro,
acuto et quasi praerupto. Titillationis sensu, de quo
infantes majores natu queruntur, excitatur ejusque
paroxysmi spiritu profunde, clamose hausto excipi-
untur. Hi impetus saepius per diem redeunt, im-
primis vero vespere et media nocte increbrescunt.
Respiratio neque accelerata neque difficilis est, et
tuba auscultatoria pectori imposita rhonchus et sibi-
lans et mucosus vel hi coniuncti, plus minusve largi,
audiuntur. Sputa inveniuntur plerumque nulla. Ci-
borum appetentia imminuta, somnus inquietus, sen-
sibilitas justo major. Sensus communis turbatus. Ad

c symptomata plerumque febris, quamquam saepe
issima, accedit. Quae, etsi induit in universum
uram catarrhalem, tamen pro epidemiae indole,
anni tempestate, pro aegroti individualitate varia
Formam vero remittentis offert, cum horripi-
one, quam calor modicus insequitur, incipit. Sub
peram postquam apparuit et usque ad mediam
tem incrementum cepit, cute humida facta vel
lore praecipue capitis et pectoris terminatur. Quum
nissiones faciat valde manifestas [16]), factum est, ut
dici complures [17]), febrem intermittentem esse
do tertianam modo quotidianam, opinarentur. Post
o vel quindecim dies plerumque tollitur, raro
o evenit, ut totum secundum stadium teneat.

Stadium secundum vel spasticum ex eo prae-
ue cognoscitur, quod tussis, quae in priore stadio
arrhalem obtinebat naturam, ita mutatur, ut spe-
m sibi propriam et peculiarem nanciscatur. Quae
um sit symptoma, ex quo non solum stadium se-
ndum, verum etiam tussis convulsiva ipsa maxime
gnoscatur, digna esse videtur, quae accuratius
scribatur.

Paroxysmo appropinquanti phaenomena antece-
re solent, quae ab aegrotis percipiantur et impe-
n praesagiant: oppressio pectoris, anxietas, laryn-
vel tracheae titillatio, interdum pruritus frontis,
rnutatio, vertigo, cephalalgia. Si igitur infantes

16) Berndt Fieberl. B. II, p. 13.
17) Jahn System der Kinderkrankh. p. 394.

instantem paroxysmum praesentiunt, lusibus, quibus intenti erant, relictis, ad mensam, ad sellam, ad matrem trepidi fugiunt, eamque manibus amplexi, paroxysmum sustinent. Impetus initium facit ita, ut primum fiat inspiratio tarda, difficilis, sonora, clamosa vel stridula, quam deinde sequuntur sexies vel decies quinquies exspirationes continuo repetitae. Nunc revertitur inspiratio ut supra, quam exspirationes iterum suscipiunt. In impetu ipso, qui vel ad duodecimam horae partem trahitur, infantes dira laborantes anxietate, facie livente, oculis exorbitantibus, lacrymarum profluvio, membris convulsis, propemodum suffocari videntur. Alii pectus asthmaticorum instar procurvant, alii manum utramque cervici imponunt, alii terram pedibus quatiunt. Tandem pituita copiosa, viscida, pellucida, interdum subflava vel sanguine tincta ex ore naribusque protruditur et vomitus largus paroxysmo finem imponit. Nonnunquam etiam accidit, ut vehementi contentione excrementa praeter voluntatem ejiciantur sanguisque ex ore et naribus proruat. Immo pro mali atrocitate mentis inopes videntur et concidunt mortuis similes. Vomitus largus et completus manifestum aegris levamen fert; sin vero paroxysmus citra vomitum desinit, intervallum potius, quam intermissio tussis cessatio esse videtur. Anxietas enim quaedam et respirandi difficultas saepe superest, tussis mox revenit et ter quaterque cedit et revertitur, donec vomitus subsequatur. Quo factum est, ut vomitum ad impetum finiendum necessarium et symptoma essentiale esse

lti contenderent. Sed experientia constat, hoc sese non habere.

Quod attinet ad auscultationem, Williams[18]) in oxysmo neque respirationem neque rhonchum, intermissione autem respirationem puerilem in disis pulmonum partibus audiri, contendit. — Equia, quotiescunque pectus explorabam, in paroxysmo, em magno cum tractu in pulmones irruere et nde quasi disfractam exspirari audivi. In intersionibus initio hujus stadii rhonchum mucosum sibilantem audivi. Qui rhonchi mox plane desierunt ut stadii medio et fine respiratio plane normalis liretur.

Absoluto paroxysmo faciei rubor evanescit, sculorum tensio remittitur, respiratio regularis et edita evadit. Mox infantes lusus repetunt et sa- bene valere videntur. Alios ciborum appetentia ne fugit; alii vero, vomitu finito, fame canina faantur. Nonnunquam in ipsis intermissionibus aetudo haud mediocris invenitur: respiratio frequens imperfecta, alvus obstructa, pulsus celer et freens. Paroxysmi interdum apparent regulares tertia aque quartave hora, plerumque vero atypici et egulares. Caussam, quae accidit forte, occasioem sequi solent: uti motum corporis vehementem, cursum, ciborum vel potus haustum, clarem, risum, animi affectionem. Imitatione etiam

---

8) Williams Pathol. und Diagnose der Brusthöhle. Aus dem Engl. von Velten. Bonn 1825, p. 61.

tussis excitatur et Meltzer[19]) et Matthaei[20]) omnes infantes, qui in domo eadem versarentur, paroxysmo correptos esse tradunt, si unus eorum tussire coepisset. Alii medici tussim certam periodum sequi negant[21]), alii contra alternis diebus graviorem viderunt[22]), omnes vero consentiunt, paroxysmos nocte et ad lucem esse frequentiores. Nonnunquam etiam per totum stadium secundum tussim comitatur febris, plerumque vero, si adest, non ultra primos dies perdurat. Ceterum stadium secundum per unum vel duos menses perduci solet.

Stadium tertium, decrementi, pituitosum adesse, ex remissione paroxysmorum et sputorum qualitate imprimis noscitur. Sputa enim copiosiora, magis spissa, globosa, cocta videntur et faciliora ejectu sunt. Sensim tussis, primum inter diu ternis vel quaternis tantum horis, deinde etiam noctu rarior fit, denique, nisi cibo vel potu largo aliisque, quae supra dici, rebus nocivis exasperetur, multo mitior revertitur. Respiratio libera est, rhonchi, si quid eorum e stadio antecedente adfuerit, plane desinunt neque post paroxysmum vomitus ullus invenitur. Febris, si adhuc adest, plane evanescit. Aegroti

---

19) l. c. p. 6.

20) Horns Archiv B. III, H. 2, p. 216.

21) J. A. P. Gessner, Sammlungen u. Beobacht. aus d. Arzneigelartheit. Nördl. p. 199.
Matthaei l. c. p. 215. Henke, Kinderkranh. B. 2, p. 186.

22) Rosenstein l. c. p. 268. Danz l. c. p. 61. Guersent. l. c. Band VII. pag. 97.

amissas recuperant, hilariores fiunt melioremque
oris faciem nanciscuntur. Ciborum enim appe-
a augetur, alvi secretiones ad normam redeunt,
iratio integra revertitur. Tussis vero spastica
dum superest et paullatim tantum evanescit.
unquam accidit, ut stadium tertium ad secun-
redeat, quo morbus vehementior, quam antea,
raro fit. Quam diu hoc stadium duret, incertum
plures vero hebdomades potest tenere.

Morbum totum si respicimus, nunquam ante
omadem quartam vel sextam finitur, saepe ad
nam vel duodecimam et longius protrahitur.
l maxime de stadio spastico pendet, quod ipsam
idemiis atrocibus tam diu extenditur. Invenitur
nonnunquam irritatio bronchiorum inflammato-
dyscrasiis saepe sustentata, unde morbus longius
ucitur. Maximi momenti vero esse videtur ere-
us quidam nervorum, imprimis plexuum in tho-
sitorum, qui ex morbo ipso ortum duxit et cum
essione quadam nervosa conjungitur. Denique
ici morbi sive primarii sive secundarii magnam
dubio vim exercent.

uomodo variet morbus, docetur.

Non talis semper, qualem supra scripsi, occur-
orbus, sed valde saepe mutatum medici inve-
. Quantum ex epidemiarum, quae grassatae
descriptionibus cerni potest, tussis convulsiva
atione differre videtur, ut mox catarrhalem, mox
mmatoriam, mox spasticam indolem prae se fe-

rat[23]). Benignior reperitur, si naturam retinet catarrhalem. Quod enim si fit, morbus non tam vehementia prae se fert signa. Tussis non tam crebra, non tam clara, non tam continens et suffocationis periculum minans, non semper vomitum ciens invenitur. Organa respirationis et digestionis non tam vehementer affliguntur. Quo fit, ut celerius transeat in stadium blennorrhoicum, breviore tempore finiatur rariusque ad morbi malignitates mortemque tendeat.

Si vero, ut medicorum scriptis traditur, naturam induit inflammatoriam, quod evenit in infantibus constitutione firma et robusta et dispositione inflammatoria praeditis nec non in epidemiis hieme vel vere grassantibus: febris non raro vehementior excitatur et totum morbum comitatur. Paroxysmi crebrius et vehementius redeunt, in intermissionibus respiratio libera non redditur; quin etiam propensitas ad organorum respiratoriorum inflammationes excitandas invenitur. Praecipue observatur ad bronchitides excitandas tendens nec non totae epidemiae hac ratione insignes obveniunt. Qua re ductus, Marcus in eam incidebat opinionem, ut bronchitidem causam proximam tussis convulsivae haberet.

Denique invenimus tussim convulsivam, in qua affectio spastica quaedam vim praecipue exercet. Quod aut ab initio cernitur aut in ipsius morbi decursu in conspectum venit. In qua fit, ut stadium

---

23) Berndt, Fieberl. Band 2. pag. 21. Ejusd. praelect. de febr. vid. Keuchhusten.

·hale breviore, quam alias tempore finiatur. Tus-
tius illum sonum proprium sumit, impetus quam
ne fiunt vehementes et spasmodici, subsultus
num, extremitatum jaculatio, urinae faecisque
er voluntatem missio. Intermissiones valde sunt
ctae et diutius durantes. Pulsus suppressus,
s, spasticus, afebrilis. Citius saepiusque vomi-
etur, quam ob rem digestio mox perturbatur.
uum vi vitia organica facile oriuntur.

morbi ad graviora mala accretione.

Non raro reperiuntur tussis convulsivae ex-
entia, quibus fit, ut morbus, alias parum leta-
ifantum vitam non solum infestet, verum etiam
guat.

Magnum periculum fert tussis convulsiva, si
ctoris inflammationem increscit. Quod crebrius
stad. catarrh. neque non in stad. spastico, si
is est inflammatorius, si dispositio ad inflam-
nes individualis valet, si denique res nocivae
iae vim exercent. Bronchitides creberrimae
ur esse, nam in unaquaque fere epidemiae
ptione de his mentio fit. Pneumoniae rariores
unt et praecipue in stadio spastico. Pleuritides
nis raro inveniuntur. In stadio tertio inflamma-
chronicae obveniunt, quae ad phthisin tendunt.
deniqua accidit, ut in stadio catarrhali in angi-

nam membranaceam tuss. conv. abeat; quod quum ab aliis [24]), tum a Finaz [25]) observatum est.

Ad convulsiones excitandas in stadio secundo ex impetuum crebritate et vehementia pronum redditur systema nervosum. In infantibus aetate tenerrima hoc praecipue accidit et magna tum de vita sollicitudo exstat. Tussis enim non raro vel tremores corporis vel rigores movet; immo ad convulsiones vehementes et periculosas increscit. Quamquam haec symptomata saepe ex cerebro, quod hydrocephalo acuto correptum est, pendent.

Multi infantes ex tussi convulsiva laborantes hydrocephalo pereunt. Quum enim aetas infantilis ad hunc morbum natura prona sit, et quum sanguis tussi ad caput vehementer tendat, vel potius in cerebro retineatur, quanta sit in capite humorum abundantia quantaque ad exsudationem propensitas, potest intelligi. Quamobrem summa vigilantia uti debet medicus, ne subito aegrotus hoc morbo maligno ad mortis periculum deducatur.

Aliud ex morbo excrescens malum dyspepsia est. Quum enim vomitu crebro saepe turbentur ventriculus et organa chylopoëtica et interdum cibis noxiis, immo remediis ipsis male afficiantur, sanguificatio et nutritio quam maxime laeditur. Hinc obstructiones alvi saepe tenaces proficiscuntur, hinc status pituitosus et verminosus pendent, hinc status sangui-

---

24) Wesener in Hufel. Journ. Band XLII. St. 2.
25) Froriep's Notiz. Band XXI. p. 9.

chechecticus, corporis macies, tabes, febris lenta
punt, praecipue, si ex glandularum mesenteria-
vel ex febre meseraica aegrotus jam laboraverat.
ılosns admodum morbus redditur in stadio tertio,
nnorrhoea tunicae mucosae bronchialis purifor-
stat, quae febrem hecticam ceterasque phthi-
pituitosae symptomata procreat. Haec ortum
ex constitutione laxa, ex statu quodam tunicae
ae atonico, ex relaxatione telae et organica fol-
um mucosorum degeneratione. — Perniciosior
berculorum pulmonalium ortus ex irritatione
matoria, quam tussis fert. Quod malum infan-
morbo scrofuloso laborantes imprimis adire
Ex his, quae incipit phthisis pulmonum, serius
e ad mortem adducit.

Quod attinet ad haemorrhagias, quae tussi ex-
ır, saepe inveniuntur in infantibus plethoricis,
on in cachecticis et ex resolutione sanguinis
ntibus. Tussis vehementia non raro sanguinis
copia ex ore, ex naribus, ex auribus, imo
lmonibus protruditur, cujus fluxus vel effica-
is remediis vix et ne vix quidem potest cohi-
Rupturae quoque vasorum praecipue in con-
a oculi cernuntur.

Vitia etiam organica paroxysmorum vehementia
atur, ut herniae praecipue umbilicales, ani
sus, incurvationes spinae dorsalis, laryngis
, fracturae costarum [26]). Ex sanguinis impe-

. G. Richter's spec. Therapie. Band VIII. pag. 18. De

dita circulatione foramen ovale pervium redditur, deque Cyonosis oritur, quamquam hanc Spiritus et Tott[28]) ex sanguinis in pulmonibus circulati perturbata et debili oxygenatione deducunt. Nec apoplexia pulmonum, struma, aneurysmata pr cipue aortae et arteriarum intercostalium obveniunt

De morbi complicationibus.

Complicationum tusis convulsivae cum al morbis proxima atque creberrima cum morbis g stricis invenitur. Quod quidem iis temporib praecipue occurrit, quibus constitutio stationa gastrica vim exercet. Ex hac complicatione ad i flammationes pectoris et ad hydrocephalum propc sitas nascitur. Nec deficit affectio corporis unive salis ex natura status gastrici profecta[30]). Sae movetur tussi, ut supra jam dixi, morbus gastric secundarius.

Mentionem fecerunt multi auctores morbilloro cum tussi conv. conjunctionis, quae non raro fi videtur[31]), scarlatinae[32]), variolarum; quin eti observationes docent, morbillis vel variolis tussi convulsivam sublatam esse et vice versa. — Cet

---

corpore vertebrae dorsalis rupto narratur in misc. nat. c Cent. I. obs. 1.

27) Rust, Magaz. Band 20. p. 469.

28) Schmidt's Jahrbücher.

29) Richter l. c. p. 18.

30) Berndt l. c. p. 25.

31) Fleisch. Kinderkr. Leipzig 1804. Band 2. pag. 410.

32) Schaefer, Hufel. Journ. Band 42 St. 4. Band 43. St. Fischer ib. Band 44. St. 2.

cum alio quovis morbo inire potest conjunctio-
, quos omnes hic enumerare longum est.

De morbi exitu.

Tussis convulsiva omnino finitur triplici ratione: sanitate, aut morbis secundariis, aut morte. Sa- reducitur, si phaenomena stadii tertii apparent, missio insultuum, sive spectas frequentiam, sive citatem, si sputa cocta seu critica accedunt et spiratio expeditior evadit.

De morbis secundariis, quibus saepe mors ad- tur, supra jam memoravi, quum de morbi ex- centibus agerem.

Mors denique vel subito sequitur inter ipsum xysmum, mox suffocatione, mox apoplexia. Quod accidit. Vel cito ex haemorrhagiis nimiis ori- vel denique extra paroxysmum morbos secun- os sequitur.

De diagnosi.

Inter omnes fere medicos convenit, morbum e ab eo cognosci, qui semel tantum eum viderit. tadio vero primo magnas difficultates potest ex- re diagnosis, quia symptomata nondum sunt evo- — Morbi, quibuscum quandam habet similitu- m, sunt catarrhus simplex, bronchitis, angina branacea, asthma Millari.

Inter initia facile cum catarrho confunditur, quod n epidemia grassante et in stadio secundo vitari st.

Bronchitis ex symptomatum perpetuitate, dolo tracheae, dyspnoea, rumore rauco continuo, deniq febri cognoscitur.

Asthma Millari sine catarrho incipit, insi subito et media nocte apparet, respiratio fit spasti anhelans, brevis, irregularis. Brevissimum esse s let, plerumque altero vel tertio impetu aegrotum stinguit, semper sporadicum invenitur.

Angina membranacea morbi inflammatorii sig fert. Febris ingens, decursus sine intermissio vix aliqua cum remissione fit. Dolores laryngis tracheae, rhoncus et dyspnoea continua observant Tussis non est paroxysmatica et peculiarem sonu exhibet. Saepe ejiciuntur concrementa polyposa.

De cadaverum sectionibus.

Lux illa pathologiae, quae multos morbos tan opere illustravit, anatomiam dico pathologicam, naturam tussis convulsivae intelligendam parum auxi tulit. Nam sectis cadaveribus et in abdomine et capite et in pectore mutationes inveniuntur, de qu bus, quum tussi sola convulsiva nulli fere absuma tur, nemo potest dicere, utrum hoc morbo, an ali cum eo conjunctis sint effectae. J. Frank colo transversum invenit dilatatum, colon descendens c arctatum. Thilow[33]) intumescentiam cardiae et t nicas ventriculi lympha plastica concretas vidit. —

---

33) Jahn, Kinderkr. Erfurt 1821. Band 4. Tom. 2. pag. 37
Heine, Schmidt's Jahrb. Band 8. pag. 213.

benstein [34]) diaphragma alias sanguine turgescens, lividum, laxum, ulceribus obsitum; Memmin-[35]) crassum, firmum, multo sanguine rubrum in-t. — Webster [36]) et Desruelles [37]) cerebrum uine rubrum et exsudationes in ventriculis, Le-er [38]) arachnoideam tunicam et piam matrem uine injectas et justo crassiores repererunt. Ple-que, quod magni momenti est, tracheae et bron-rum tunica mucosa rubefacta, pulmonum color tus, vesiculae dilatatae et secretione quadam im-e obvenerunt. Quae Whatt [39]), Marcus [40]), Lo-r [41]) viderunt. — Holzhausen [42]) et Clarus truncos justo crassiores et molliores, Auten-[43]) inflammatos, neurilema scilicet et medullam m et sanguine plenam observaverunt. Quod in Vagi et Sympathici maximi plexubus reper-est. Breschet et alii haec reperta affirmant pro-observationibus, alii vero, Guersent [44]), Leh-[45]), Blache [46]) negant.

---

l. c. pag. 1603.
Hufeland's Journ. Band 13. St. 3.
The Lond. med. a. ph. Journ. Vol. 48. 1822. Dec.
l. c. pag. 57.
Schmidt's Jahrb. Band 4. pag. 368.
l. c. pag. 87.
l. c. pag. 61.
Die Lehre von den Lungenkr. pag. 438.
l. c. pag. 44.
Tübing. Blätter etc. Band 1. pag. 23.
l. c. Band 7.
l. c. pag. 18.
Schmidt's Jahrb. Band 1. pag. 309.

De morbi sede et natura.

Miram invenimus de morbi sede et natura opini-num differentiam. Huxham[47]), Stoll[48]), Kaempf[49]), Vogel[50]), Selle[51]), Butter in abdomine, partim in ventriculo, partim in organis chylopoëticis causam proximam sitam esse contendunt. Unzer[52]) nimium ciborum haustum accusat, Thilow[53]) ex affectione nervorum in cardia sitorum, qua deinde diaphragma corripiatur, proficisci morbum contendit. Omnium horum opiniones argumentis satis validis carent, et jam sufficiunt ad eas refutandas symptomatum obser-vationes. Nam nonnunquam systema digestivum ne tantillum quidem affectum est, quamquam progre-diente morbo tandem interdum corripitur.

Webster[54]) et Desruelles[55]) morbum ex ce-rebro imprimis pendere censent. Ex congestione san-guinis in cerebro irritationem fieri, quae deinde bronchiorum similem affectionem provocet, dicunt. Quod experientia negatur. Videmus quidem irrita-tionem bronchiorum, sed de cerebri irritatione pen-

---

47) Oper. phys. med. cur. Reichel. Band 2.
48) Rat. med. T. 2. pag. 178.
49) Enchirid. med. pag. 178.
50) De cogn. et cur. corp. hum. affect. pag. 414.
51) Med. clin. pag. 433.
52) Medicin. Handbuch, Band 1. pag. 433.
53) l. c. pag. 1604.
54) l. c. Nro 3.
55) l. c. pag. 79.

: symptoma nunquam, nisi morbus excrescat, in-
tur.

Alii morbi sedem in organis respiratoriis esse
t, sed diversa ratione disputantes partim acritudi-
humorum, partim inflammationem, partim affectio-
nervosam causam proximam esse contendunt.

Sydenham ex vaporibus acribus, qui sangine in
iones ferantur, tussim pendere affirmat, Meltzer[56])
chymiam pituitosam et Danz et Autenrieth[57])
lem materiam pulmonibus secerni ajunt. F. Hoff-
n[58]) sero quodam acri, quod refrigerationibus
artibus externis in pulmones repelleretur, mor-
excitari contendit. Quam sententiam novissima
pore Bosch recepit[59]).

In inflammatione bronchiorum positam esse tus-
convulsivam Rougnon[60]), Asthruc[61]), What
Marcus persuasum sibi habent. Argumenta repe-
praecipue a bronchiorum tunica mucosa inflam-
a. Hanc vero certe in simplici tussi convulsiva
adesse, multi scriptores jam probarunt. In tussi
vulsiva enim intermissiones valde manifestae in-
iuntur, in quibus neque turbata respiratio, neque
ia acustica, neque dolor, neque pulsus febrilis,
ue aliud ullum inflammationis signum occurrit.
ammationis vero non est intermissio.

) l. c. pag. 78.
) l. c. pag. 132.
) Opera omnia. T. 1. pag. 424. T. 2. pag. III.
) Schmidt's Jahrb. Band 15. pag. 312.
) Medic. praes. et curat. etc.
) On the diseases of Child. pag. 114.

Plurimi nostrae aetatis medici morbum spast
generis esse contenderunt. Argumenta, quibus ha
sententiam confirmant, ducunt a paroxysmorum p
dromis, insultuum typo, integra aegrotorum in int
vallis valetudine, a phaenomenis ipsum paroxysm
comitantibus, convulsionibus, a febris defectu. Pr
cipue vero Hufeland [62]) ex nervorum respi
toriorum affectione spastica symptomata declara
studuit. Ill. Berndt [63]) ut Wendt [64]) neque mera
inflammationem, neque meram neurosin esse, co
tendit. — Ill. Berndt [65]) ad morborum catarrhaliu
genus refert tussim convulsivam, quorum in numer
anginam membranaceam, catarrhum simplicem et in
fluenzam habet. Ut illos morbos, sic etiam nostra
tussim in catharrhali indole stirpem habere indequ
facie quidem mutata progerminare credit. Sive eni
fiat aëris conditione, sive contagio quodam, catarrha
lem saltem cieri irritationem sive inflammationem tu
nicae mucosae organorum respiratoriorum, qua de
inde nervi hac in tunica diffusi tangantur. Han
affectionem inde ad nervos laryngeos, imprimis a
nervum recurrentem et Vagi nervi ramos pulmona-
les proficisci et ita functionum perturbationem in iis
organis, ad quae horum nervorum rami tendeant, cieri.

Illa igitur irritatio catarrhalis in tunica mucosa
et haec similis forsan nervorum affectio elementa

---

62) l. c. pag. 421.
63) l. c. pag. 39.
64) Kinderkrankh. pag. 83.
65) Berndt in praelect. de febr. Keuchhusten.

sunt quodammodo, e quibus morbus constituitur. Non vero semper eandem in morbi stadiis diversis vim exercere videntur.

In stadio primo affectio catarrhalis inflammatoria tunicae mucosae praecipuas partes agit. Inde itaque proficiscuntur illa symptomata, quae in catarrho quidem quoque inveniuntur, sed ad naturam tussis convulsivae specificam mutata sunt. Non enim habemus catarrhum simplicem, sed etiam vires agunt nervorum, quos supra dixi, affectiones.

In stadio secundo, nervos quod tangit respiratorios, malum nanciscitur maximam vim. Affectio catarrhalis in tunica mucosa, quominus faciat decursum suum, quodammodo prohibetur et ex parte tollitur, contractio spastica telae et vasorum capillarium praevalet. Itaque secretio muci minuitur neque, nisi summa tussis intentione propellitur; tussis vero ipsa ad summum fastigium ascendit.

Denique ille morbi factor alter, affectionem dico nervosam, sive per se, sive remediis adhibitis fiat, magis magisque recedit. Nunc, quod in tunica mucosa valet, malum in stadio secundo spasmi violentia obrutum denuo liberius et manifestius prodit. Invenimus igitur muci secretionem uberiorem, stadium blennorrhoicum catarrhi, quod est tussis conv. stadium tertium.

Haec vero duo morbi elementa non semper eadem ratione potentes obveniunt, sed mox hoc, mox illud altero plus valet. Hinc morbi simplicis mutationes variae et excrescentia veniunt. Si enim

inflammatio catarrhalis justo magis vim exercet prohibet, quominus nervorum affectio potentior cv dat, morbi facies, quam inflammatoriam diximu evenit. Si e contrario malum, quod haeret in ne vis, vincit illud elementum inflammatorium, tuss spasticam indolem assumit. Si denique neque i neque hic morbi factor primum locum tenet, i lam invenimus formam, quam diximus catarrhale Ex hac de morbi opinione facile quoque potest i telligi, qui fiat, ut tussis convulsiva ad inflammatione viarum aëriferarum ascendat, qua via nervorum spa mus de limite cedere et convulsiones excitare possi qua ratione denique in stadio blennorrhoico phth seos periculum possit afferri. Quod pluribus expl carem, nisi finibus angustis scriptioni meae destinati impedirer.

Quodsi quaeris, quomodo fiant et unde ducan ortum tussis paroxysmi, sic statuo: Reflexione illiu in tunica mucosa irritationis translatio fit in fibra motorias nervorum laryngeorum, qui ex Vago nerv ortum ducunt. Larynx igitur spasmo corripitur, und venit strangulationis sensus, quo inducitur aegrotus ut spiritum ducat profundiorem. Quum vero simu ad bronchia ex Vago veniant rami, antagonistica ra tione etiam bronchia ad contractionem impelluntur Quo fiunt exspirationes illae spasticae, quas supra descripsi. Mira nunc ratione vicissitudo inter spas mum laryngis et bronchiorum exoritur, qua tandem quum Vagus ad ventriculum quoque ramos mittat vomitus excitatur.

Initium paroxysmi diversis ex causis capiunt. rimam in pituita secreta invenimus causam, quae ı stadio secundo acris sine dubio, quamquam rara cernitur. Deinde, ut in omnibus morbis paroxys-aticis, sic etiam in tussi convulsiva impressio ner-sa magnam in impetus excitandos vim exercet. um caloris et frigoris vicissitudines, affectiones ychicae, denique imitationes, quibus moventur groti, dum alios tussire vident, huc pertinent.

e causis tussis convulsivae remotis.

Dispositio ad hunc morbum omnibus infantibus mmunis est et ex eorum irritabilitate majori profi-scitur. Raro post annum duodecimum corripiuntur, rissime adulti et inter eos saepius mulieres, prae-pue puerperae, quam viri; forsitan, quia mulieres, ajoris sunt sensibílitatis, vel quod matres nutrices ım infantibus ex tussi convulsiva laborantibus in-ctionis periculo magis expositae sunt. Dispositio-em majorem praebere infantes dicuntur, qui habitu rophuloso, spongioso, atrophico, qui constitutione nsibili sunt praediti. Sed observatione constat, nnes sine discrimine infantes epidemia grassante rreptos esse. Catarrhi, quibus respirationis orga-rum irribilitas augetur, tussi convulsivae quam axime favent.

Causam occasionalem fert atmosphaerae consti-tio ea, quae ad catarrhos et rheumatismos oppor-na est: calor inconstans, repentinae frigoris calo-

risque vicissitudines, venti humidi, boreales, nebulæ frequentes. Regiones itaque, ubi tales tempestates saepe inveniuntur, a tussi convulsiva et frequentius et diutius et vehementius urgentur. Sed etiam a quadam specifica aëris constitutione tussim convulsivam nasci, cujus natura ad hunc diem nos effugerit, ut credamus, adducimur. Experientia enim constat, illas tempestatis mutationes, quas supra dixi, quot annis observari, indeque catarrhos quidem, rheumatismos aliosque morbos proficisci, sed tussim convulsivam interdum tantum oriri.

Etiam contagio tussis convulsiva generatur, quod Stoll [66]), Danz [67]), Meltzer, Wendt [68]) negant. Sed et Rosenstein et Hufeland et Ill. Berndt [69]) contagiosam viderunt tussim convulsivam. Multa exempla ab iis observata sunt, in quibus morbus contagio propagatus et contra, in quibus infectio non facta est, quia infantes sani ab aegris secernebantur; quin etiam pluries viderunt illi medici, in eadem familia tum demum alteros infantes infectos esse, quum alteri sputa ejicerent. Recentiore tempore Haeusler [70]) observationem narravit, quae contagio favet. — Omnes fere scriptores, qui contagiosam tussim convulsivam esse concedunt, contagium et halitu et muco bronchiali auferri et tunica mucosa

66) Ratio medendi. Band 1. pag. 164.

67) l. c. pag. 40.

68) l. c. pag. 353.

69 l. c. pag. 31.

70) Hufeland u. Osann Journal der prakt. Heilkunde. Sect. 1. Jan. 1842. pag. 56.

rum aëriferarum recipi consentiunt. De temporis tio, quo id fieri possit, dissentiunt. Alii enim a npore, quo contagium receptum sit, usque ad reerationem et infectionis symptomata procreanda nque vel sex dies, alii octo vel decem dies nesarios esse contendunt.

